

sumunt, spectantes Vicarium Generalem tamquam personam, que utramque Episcopi jurisdictionem voluntariam, & contentiosam conjunxerit, prebat hunc eundem Vicarium auctoritate pollere matrimonii generalis, & ad ea, quem voluerit deputandi, idque vi generalis commissiois, qua gaudet, ita ille num. 18. laudata disputations, quia, inquit, Vicarius hic de matrimonialibus causis cognoscendi facultatem habet. Sed satis fuerit ejus verba proferri, que ejusdem mentem aperte declarant, evincuntque eum jure nisi, & Vicarii Generalis nomine eos complecti, qui utraque jurisdictione instructi sunt: Sed multo verius est posse ex generali institutione Vicarius interesse matrimonio, committereque alii, ut interfit; probentur I. quia Concil. Tridentinum sess. 24. cap. 1. de matrimonio, expresse dicit, posse assistere Parochum, vel alium Sacerdotem de licentia Ordinarii: Sed Vicarius Episcopi est Ordinarius, comprehenditurque in Decreto mentionem de Ordinario factis num. 3. & 5. Ergo potest assistere, & dare licentiam assistendi. II. quia ex generali Commissione Vicarius potest de causis matrimonialibus cognoscere, ut habet verborum sententia, & probatur ex cap. 1. de frigidis & maleficiis, ubi dicitur proponendam esse querelam coram Episcopo, vel ejus Missi ad divertium: ubi Glossa verbo, Missi, explicat, id est Vicario & c. fin. de cogn. spirituali dicitur propositum esse impedimentum matrimonii coram Officiali Cantuariensi: Spectanda sunt vocabula: Vicarius, Missus, & Officialis, que in Juris usurpantur ad idem officium designandum, quod cognoscit de contentiosis negotiis, que ad Officialis cognitionem pertinent, quoniam agitur de matrimonio divortio & impedimentis, de quibus est judicandum: Et sic, pergit Sanchez, supponitur eum de causis matrimonialibus cognoscere, & a foriori poterit assistere matrimonio, eique committere. Ex quibus facile intellectu est, Auctorem hunc pro certo habuisse, eum, qui de causis matrimonialibus, ut de divortio, & impedimentis, deque iis, que ad matrimonium spectant, cognoscendi facultatem habet, matrimonii quoque adstidendi auctoritate pollere. Quod quidem pertinet ad Officialem ut Officialem, atque ita ex necessaria ejus sententia consecutione Officialis, qui matrimonii celebrationem mandavit, ei tamquam Ordinarius interesse potuit. Potest etiam ex eo confirmari sententia hęc, quod Parisiensis quondam Archiepiscopi tempore conigit, cujus Officialis, qui Vicarius generalis non erat, quos ad matrimonium mandaverat, ad Sanctę Marine Parochum misit, licet is contrahentium proprius Parochus nequam foret.

II. Constare Officialem maxima precipitatione usum esse, & regulas in hujusmodi negotiis servari solitas neglexisse, ac non temere credi posse, attenta mente ponderata ratione, qua negotium peractum est, inter contrahentes de re convensisse, sed eos tamen unanimi sententia rem in contentione vocasse, ut ita ad Officialem accedere possent, & Parochum vitarent; quo in casu matrimonium nullum esset; quia Officialis, cum Ordinarii titulum sibi vindicare non possit, nisi quia in contentiosis negotiis iudex sedet, cumque hoc ejusmodi non fit, facta hypotheti partes concessisse, & illud contentioium reddere studuisse per fraudem, & dolo malo, cum auctoritate ei matrimonio adfingere non possit, eo eam causam, que continetur in 6. Decretal. de reg. juris, quia frus & dolo non debent eorum auctori patrocinari.

III. Facta hypothesi hoc suppositum matrimonium celebratum esse, Officiali, & Scriba tantum presentibus, nec cum Scriba, qui Actum subscript, ullum alium talem fuisse, alique ex cap. ex Officialis ferveis, vel partium Procuratorem, aut quempiam alium, nullum est matrimonium juxta Tridentinum Synodum sess. 24. cap. de reform. matrim. & Constitutionem Blesensem art. 4.

IV. Multa quidem in hoc negotio Officialis peccare potuit, que non proinde impediunt, quominus matrimonium eo presente contractum validum sit. Nimirum in hac facti specie ad matrimonii validitatem id solum videndum est, an negotium vere contentiosum fuerit, & res alie necessarie ac precripte servate sint. Officialis tamen ob fraudes, quas commisit, & contrahentes quoque, si eos, quod contra rectum ordinem gestum est, non ignorasse constituit, puniri possunt.

Ad alteram questionem quod attinet, Officialis delicti potest, atque adeo debet; sed id quidem pure ac simpliciter, nullaque, nec senectus quidem, expressa causa. Non videtur autem senectus factanda mentio, quia possit Officialis aliquo preterito sibi prefidium querere, si ob eam causam officio privaretur; possit enim Episcopus Vicegerentis ope ejus defectum supplere: sequitur ille tunc iure, quod Titularem Beneficium non privat extreme senectus causa, quamvis proprias functiones obire nequeat, eo quippe in casu ei datur Vicarius, seu Coadjutor. Quod si causa ex ejus ignorantia petita, vel res alie ejus famam ledentes exprimerentur; speciosus sane ut ab abusu appellaret, & injuria reparacionem peteret; & quidem non immerito, quia cuiusque interest proprię fame consulere.

Ejus delictatio quatenus alium actum precedat, ipsique si-

gnificetur necesse est, ejus, qui in ipsius locum succitetur, nulla mentione facta.

Eodem tempore nominandus est, qui ad hoc munus eligitur, exprimeundumque illud vacare per ejus delictationem, qui eo fugebatur; tum vero successore, inita possessione, fungetur officio, appellacionis oppositione non obstantes.

Tunc id sciendum, quod est in Cleri monumentis, & quod Montispellani Episcopus prestitit, adeundumque Consilium, ubi, quod est vero simillimum, causa reitinebatur, quia Declaratio ann. 1637. coram Cancellario indicta, & subscripta est.

Juravit in delictationis Actu hujus Declarationis mentionem fieri; ut si forte delicturus ad Senatam Burdigalensem tamquam ab abusu appellaverit, intelligant Judices nihil temere factum esse, nec audeant contra judicare, providentes fore, ut Consilium eam Declarationem propugnet, si res ad ipsum dederatur.

Delictationis Actus Superioris voluntatem nude ac simpliciter declarare de more debet, & discretis verbis significare Actus, quoscumque delicturus ut Officialis edet, nullos, nulliusque roboris fore.

Quod si apparet matrimonium solvi posse, Promotor ad Metropolitanum Judicem appellare debet, quod ab Officiali factum est, juxta aliasam Juris regulam.

Decisum in Sorbona die 1. Novembris ann. 1675. Aug. de Lamer.

CASUS XXIII.

Matrimonium, in quo nata est proles adulterina.

- 1. Femina, quę ex adulterio filiam marito dedit, non tenetur suum crimen detegere, ut impediatur, quominus filia viro succedat.
- 2. Ut summum potest illud adducere, ut quam maxime potest, suis heredibus consultat, & ipsa quicquid a suis bonis referre potest, iisdem referre.

QUÆSITUM.

Fœmina ex adulterio filiam peperit, quam vir hæredis loco habet, & ut suam ipsius filiam educat, Ex ephebis egressam sollicitat mater ad Claustra; repugnat illa, & virum petit. Si nuperit, viri plures expertis occupabit omne patrimonium, & legitimis hæredes frustrabit. Mater prope nihil habet in bonis, ac proinde damno quod hæredes subibunt, reparando se proptus ineptam videt.

Quærit ergo, an ex hoc ipso tempore suum crimen detegere teneatur, an vero in mortis articulo, ut suam conscientiam in tuto ponat?

RESPONSIO.

Respondetur, feminam adulteram, si quod attulit hæredibus viri sui, cui filiam suppositit, damnum facere non possit salva fama, non teneri vel in mortis articulo patefacere eam filiam ex adulterio natam esse. Hujus responsiones rationes alibi allatae sunt in simili facti specie, ubi de filio supposito, qui hæreditatis titulo ejus bona, cujus filius habebatur, obtinebat, agebatur. Verum ut mater verum diceret, filia non teneretur ei fidem dare, nisi liquido de re constaret. Ita Theologorum plerique sentiant apud Auctores, quos in alio Casu appellavimus; ita & Glossa cap. Officii de penit. & remiss. v. deneganda tradit in hæc verba: *Matri non creditur, & obstante præsuppositione, quæ habetur ex matrimonio, quod filius vocat sic ex nuptiis, & etiam periculosum esset mulieri illud detegere.* Hęc de causa eam declarationem, que projecto inutilis esset, Mater edere non teneret. Si tamen viri bona magni momenti essent, & ex alia parte Conjugis fama parvi foret, putant Auctores nonnulli opus fore, ut illa proprie fame renunciaret, & veritatem declararet, si nequeat aliunde damnum reparare, quod attulit hæredibus viri, prole supposita, que omnium ejus bonorum hæreditatem adibit; si etiam filiam ex adulterio natam esse satis gravibus rationibus apud Judices probare possit. Verum hujus sententia veritate in medio relicta, creditur in hac facti specie mater, vivente quidem viro, silere debere. Ut summum potest eum prudenter hortari, ut suis, quam maxime potest, hæredibus prospiciat; eoque vita functo, ex propriis bonis eorum commodò pro viribus reservare debet, ut quam satis, lætaram compenet. Id unum, quod possumus, a nobis Deus postulat.

Decisum hac die 13. Octobris ann. 1693. G. Fromagean.

CASUS XXIV.

Matrimonium hominis in peccati habitu versantis.

- 1. It, cujus matrimonium sine quodam scandalo, aliisque incommodis differri nequit, absolvendus non est; eam de pravo habitu confiteri, & vera conversionis hæc satis gravis signa dat.
- 2. Idem sciendum de Sacerdote, qui die Dominico Missam celebrare tenetur, dum in eadem est facti specie.
- 3. Verum in his casibus prudens Confessorius satis habere debet, si conversionis sacra argumenta persistenter exhibeant, quamvis consuetus ordo longius tempus in eis requiratur, ut recta animi præparatio, quam præferunt, aliter radices agat.

QUÆSITUM.

Parochianus, qui inibi est, ut matrimonium inest, Parochus constituit, se pravo habitu irretitum esse, quamobrem juxta Canones, & Patrum doctrinam ei protrahenda est abstolutio, ut an ex animo eum penitentem intelligatur. Si a Parochia repellatur, non potest in eo statu Matrimonii Sacramentum suscipere; id quod magno scandalo erit, paratis jam omnibus ad matrimonii celebrationem, prædictis publicationibus, convocatis consanguineis, dieque, quo ceremonia præagenda est, universis ac singulis innotescens. Ex alia parte Parochus absolvet nequit hominem, quem ejusmodi peccati habitu obstrictum videt, quod momento non tollitur, & quod ille plures confessus est, quin ad bonam frugem redierit. Quærit Parochus, sibi quid agendum in hoc rerum discrimine; an ei permittere debeat, ut abique abstolutione ad matrimonium accedat? An vero matrimonium differre, quoad ille vere conversionis signa dederit, futuri ruminis, & scandali nulla ratione habita?

Rogatur Consilium, ut aperiat, quid sentiat super proposita difficultate, perinde ac super sequenti.

Parochus die Dominico missam celebrare tenetur; nullus alius est in Parochia, qui eam celebrare possit. Paulo ante celebrationem confitetur de pravo habitu, qui sepe numero in causa fuit, ut in lethalia peccata laberetur. Debetne Confessorius eundem absolvere, ratione necessitatis, qua premittitur, celebrandi? An ei abstolutionem negare debet, & quominus missam celebret, impedire? Id porro in Parochia magnum scandalum excitabit, an vero potest eidem permittere, ut celebret non absolatus?

RESPONSIO.

Consilium conscientia subscriptum, quod proposita vidit, existimat, Confessorium, cum nonnisi Minister sit Dei nomine in id institutus, ut abstolutiones ad Penitentis Sacramentum necessarias afferentibus abstolutionem impediatur, iis, qui ejusmodi dispositiones non afferunt, abstolutionem tribuere non possit, quia indigni sunt, & nulla suppetit ratio, qua Confessorii quocumque demum pretextu sua potestate abutentis conscientiam in tuto ponat. Quamvis ergo nuptie parate sint, non proinde tamen Sanctę Leges, que Christus Dominus ad Penitentis Sacramentum administrandum præscripsit, violandę sint. Hęc de causa Confessorius, qui Penitentem iis dispositionibus carere judicat, non debet eundem absolvere, regulariter loquendo, nec de iisdem dispositionibus melius judicare potest, quam si eas exigat ad Regulam, quas tradit Ecclesię, ut differentia, & discretio necessaria statuatur. Animadvertendum tamen est in penitentibus eas aliquando dispositiones occurrere, ut iis in quibusdam casibus absoluto tribui possit, que eteroquin ad majorem securitatem differenda esset, si nihil esset, cur major, ac tumultus, qui in ejusmodi casibus multorum peccatorum causa sunt, timeretur. Porro idonea dispositiones innotescunt ex vehementer penitentis dolore, & ex promptitudine atque alacritate, qua salutarem sibi impositam satisfactionem amplectitur non solum tamquam suis peccatis debitam ponam, verum etiam tamquam pravorum, quibus irretitur, habituum remedium, quo in casu minore severitate uti licet, atque adeo, ut videtur, oportet, & imprudens esset, qui secus ageret. Spectat Responsio hæc ad utramque propositam difficultatem, ita tamen, ut illud addatur postremo loco Confessorium nunquam posse indigno eam veniam dare, ut accedat ad Sacramentum.

Decisum in Sorbona die 5. Augusti ann. 1678. Aug. de Lamer.

CASUS XXV.

Matrimonium, in quo adest consanguinitatis impedimentum ratione illegitima.

- 1. Cognatio, vel consanguinitas naturalis illegitima usque ad quartum inclusive gradum extenditur, æque atque ea, que oritur ex legitimo matrimonio.
- 2. Non eadem cognacionis hujus, atque affinitatis illegitima ratio est. Hęc quippe non nisi ad secundum gradum extenditur.

QUÆSITUM.

Rogantur Doctores, ut decident, an impedimentum ex illegitima consanguinitate proveniens ad quartum usque gradum pertineat, nullumque reddat matrimonium in tertio gradu contractum?

RESPONSIO.

Subscripti Theologie Doctores censent impedimentum proveniens ex consanguinitate, quo illegitima ratione contrahitur, extendi ad quartum usque gradum inclusive, proflus ut illud, quod ex consanguinitate per matrimonium legitimitatis derivatur; eandem porro rationem non esse consanguinitatis hujus, atque affinitatis ex fornicatione; ejus enim impedimentum ad secundum tantummodo gradum extendi juxta Tridentinę Synodi sanctionem sess. 24. de Reformat. matrim. cap. 4. & quod inde consequitur, invalidum esse matrimonium Patri Laurentii postremi legitimi, & Joannes Raigaigne, que postrema est ex illegitimo filitpe proveniens, cum in tertio consanguinitatis gradu versentur, & dirimentis, quod inter eos existit, impedimenti dispensationem non obtinuerit.

Decisum in Sorbona hac die 25. Februarii ann. 1671. Augustinus de Lamer.

CASUS XXVI.

Matrimonium inter Græcum & Græcam Latinæ Communions.

- 1. Matrimonium juxta Ecclesię regulam celebratum, absque impedimento dirimente, consummaturusque a nemine solvi potest.
- 2. Etiam si mulier post divortium desecisset ad Turcas, & Mahometano nupsisset, nec ejus recipienda spes ulla priori viro superesse, non possit tamen ipse sua conscientia, ei vivente, aliam ducere.

QUÆSITUM.

IN Regionibus Turcarum imperio subiectis existunt eodem in loco Episcopi Ritus Græci, & Episcopi Ritus Latini. Græcus, & Græca Latinæ Communions post matrimonii annum tertium invicem indignantur; divortium petentes ad Turcarum tribunal conveniunt. Accusat virum conjux impotentie; sed accusatione hæc rejecta, eundem insinuat, quod cognoscere voluerit modo sodomitico; id quod ad matrimonium abrogandum apud Turcas satis est. Antequam tamen divortium faciant, ambo ad Episcopum Græcum se conferunt, etque mutuas acerbitates exponunt, eos ille separat, & ad novas nuptias transire permittit; quod ille præfiteretur. Quæritur, an illud matrimonium ita solvi poterit, & an matrimonia, que deinde uterque contraxit, valida sint?

Alius Casus.

Cum Gallus Græcum duxisset, post annum mutuo subraescuntur, & a Gallo Consule divortii facultatem petunt, & obtinent. Turcarum sectę nomen dat femina, & nubit Mahometano, quicum antea ei erat turpe commercium. Gallus recipienda conjugis nullam sibi spem fore sentiens, a Latino Episcopo novi matrimonii contrahendi facultatem postulat, eaque impetrata, contrahit.

Quæritur, an mutatio Religionis in femina prius matrimonium de medio sustulerit, novique matrimonii inveniendi jus viro tribuerit?

Sorbonicorum Doctorem sententia in exteris hisce regionibus tanti sit, ut spes adfit fore, ut eę gentes in officio contineantur, si expressam decisionem ab eorum tribus subscriptam viderint.

Responsio ad primum Casum.

Consilium Conscientie subscriptum, quod exposita vidit, existimat eos, qui prius matrimonium abrogaverunt, contra Ecclesie Regulas fecisse, cum illud abrogari non possit ob conjugum discordiam, vel ob absum, quem vir uxori in-ventare voluisset eo crimine, quod est enunciatum. Una vi-ri impotentia, siquidem vera fuisset, abrogationi locum pre-beret poterat; sed cum id iudicibus a vero alienum esse ap-paruerit, & mulier rejecta fuerit, matrimonium semper sub-istit, & que deinde mulier ac vir contraxere, non sunt ve-ri nominis matrimonia, sed adulteria, qua Divina Lege pro-hibentur. Rem decidit Christus Dominus apud S. Mattheum cap. 19. v. 9. *Quis autem vobis quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, machatur; & qui dimissam duxerit, machatur.* Div. Paulus prima ad Corinthios cap. 17. v. 10. *Et, qui matrimonio juncti sunt; prae-ceptum non est, sed Dominus, uxorem a viro non discedere, quod si discesserit, manere innuptam, aut viro reconciliari: & vir uxorem non dimittat.* Ita Div. Paulus de Christianissimum mat-rimonium loquitur, prout Christus Dominus Matthei cap. 7. definiat. His addendum, virum & conjugem sibi libera-tem conquire volentes nullo alio fundamento, quam mu-tuos acerbioribus nixos fuisse, in quo quidem eos egisse do-lo malo verosimillimum est. Et sane atqueq; divortium fa-cerent, licet Latium Ritam profiterentur; ad Graecum Epi-scopum se contulerunt, etque mutuum animorum exacerba-tionem exposuerunt, sperantes fore, ut ille se faciliorem praeberet, quam Latium Episcopus. Quod si ille Graecus Epi-scopus ad Ecclesie Romanae Communicationem non pertinet, ejusdem Ecclesie sententias omnino non callet, & profecto non legit sessionem 24. cap. 7. Tridentini Concilii, ubi ne-gotium hoc scilicet explicatum reperisset.

Ad secundum Casum Responsio.

Quoad aliud matrimonium, postis tamquam certis, quae hactenus dicta sunt, idem Consilium censet Consulem Gal-iam; & Latium Episcopum contra Ecclesie Regulas sese gessisse, neutri nempe licuisse abrogare, aut dissolvere ma-trimonium, secundum illud: *Quid Deus conjuncti, homo non separet.* Cum matrimonium valide contractum est, cum nul-lo adest dirimens impedimento, cumque illud consumma-tum est, nulla in terris existit auctoritas, quae possit illud dirimere, eoique, qui ita consecuti sunt, novo matrimo-nio in eundem aptos efficere, nisi alterius mors alteri libera-tem acquirat, quia vir uxori, & uxor viro, quandiu vi-vunt, alligati sunt: *Aliquis est uxori?* inquit Div. Paulus, *noli quaerere solutionem.* Hinc concludendum, Gallum ad aliud matrimonium transire non posse, quandiu ejus uxor in vi-vit fuerit, tamen illa ad Tharsis defecerit, Mahometano nu-bens, nec ejus recipiendae spes illa satis firma viro assu-geat. Nemp ratio hanc nullam ei jus tribuit aliam ducen-dam, quia prior semper est ejus uxor, & matrimonii Sacra-mentum non nisi per mortem dissolvi potest.

Hoc loco non descendunt Subscripti ad sententiarum, quas Ecclesie Latina & Graeca sequuntur, diversitatem, & ad ex-plicationem verborum Christi Domini apud S. Mattheum cap. 9. v. 10. quibus prohibet, ne Conjugati se mutuo dimit-tant, nisi ob fornicationem, quia in propositis Casibus id ia-queationem non venit.

Decisum Parisiis in Sorbona die 18. Novembris ann. 1686. Aug. de Lamez. G. Fromageau.

CASUS XXVII.

Matrimonium absque interno consensu contractum.

- 1. Matrimonium coram Deo nullum est, cum contrahentium al-teruter intus in animo non consentit, quoveis specie & ore non consentiat.
2. Sed hoc matrimonium abrogare non possent homines, qui ex-ceptione & exteriori habitudine iudicant de intentione,
3. Qui non consentit, hinc malo consilium debet conscientiam, quin alteri patefaciat consensum defectum, qui matrimonium coram Deo nullum reddidit.

QUAESTITUM.

Itum est matrimonium absque interiore consensu vi-ri, qui non nisi vi actus, & ore tenus tantum assen-sus est. Si queratur, quamobrem is egerit, contra atque in ani-mo habere?

Sciendum est, cum ab infantia patre spoliatum in matris paternorum omnium bonorum absoluto dominio gaudens po-terate ac tutela vixisse.

Cum ad pubertatem pervenisset, mater de filii matrimonio sollicita non semel nuptias eidem proposuit, in quibus utili-tatis tantum rationem habuit, minime reputans, an ipsi pla-ceret, quod in causa fuit, ut ille usque ad tricesimum quin-timum aetatis annum relactaretur.

Et relactatio matris animo irritavit, adeoque adver-sus filium exacerbavit, ut ei vel ad vitam necessaria deneg-aret, quamvis probe nosset ea aliunde ipsi praesto esse non posse.

Matris asperitas ac severitas ita filii animum percussit, tan-taque affectu amaritudine, ut ejus valetudo momenti prope singulis deterior eyderet.

Quamobrem matrimonio, de quo agitur, sibi a matre pro-posito repugnare non valuit, quibus animo summpere alie-no se esse sentiebat; sed cum sibi matris animum molliendi nullam aliam rationem superesse intelligeret, utque ea, unde pro conditione viveret, extorqueret, specie tenus, non autem ex animo assensum praebuit.

Ita animo comparatus ad matrimonium tamen consummatio-nem devenit, illud minime probans, & voluntate repugnans. Ejus quoque repugnantia innovit universis, ac singulis ibi, ubi caeremonie peracte sunt.

Cum ille, quod sibi propulerat, obtinisset, paulo post consummationem recessit a conjugio, quam nec amavit un-quam, nec ut amet, se unquam credit adducit posse.

Queritur in hac facti specie, an ille tuto sit animo, an ejus matrimonium nullum sit, & an ejus abrogationem pen-tendi jus habeat?

RESPONSIO.

Theologiae Doctores subscripti censent, matrimonium, quod amorum triginta quinque vir cum annorum septendecim puella contraxit, nullum esse ob interni consensum in viro defectum, prout definit Innocentius III. cap. *Tua nos de sponsal. & matrimo. l. 4. Decret.* in hac verba: *Non autem quid juris sit, referentibus dicimus, quod si res ita se habuerit, vi-delicet quod ille cum non proposuit autere in uxorem, nec una quam consensit in praesentiam personam, non debet ex illo facto conjugium iudicari, cum in eo nec substantia conjugali: contra-ctus, nec forma contrahendi valeat inveniri; quoniam ex altera parte delata solammodo assuit. & desinit consensus, sine quo ca-etera nequeunt factus perficere conjugale. Id quod responderet Bulgariae Nicolaus I. quodque Decreto 27. quist. 2. cap. *Infirmitas*, insertum est verbis hinc: *Si consensus in nuptiis solus defuerit, caetera omnino etiam cum ipso coitu celebrata frustantur.**

Verum is, pro quo consultitur, ex ea nullitate compo-dum reportare non debet; siquidem cum puella, quam Sa-cramenti praetextu sequebatur, veri nominis matrimonium con-trahere teneatur, ea quippe non alia de causa se cognoscit passa est, quam quod se vere nuptias crederet; eoque ma-gis debet ille in hanc sententiam descendere: quod si ad ob-tinendam ejus nullitatis declarationem accederet ad Iudicem, dubio procul repelleretur, quippe qui matrimonium suum in-pugnare non posset eo Actu, quo satis infirmum probavit, quae ex externo consensu in facie Ecclesie praestito ducitur, ut qui sane consensus semper in causa erit, ut ille vere ac pro-prie ejus puella viri declararet, prout referetur in Supplemento Summae D. Thomae q. 46. art. 4. ad 1. *Quod delata sorbonum* 10 Summa D. Thomae q. 46. art. 4. ad 1. *Quod delata sorbonum* isti simulatori nec in foro consentiens, nec in foro Ecclesie patro-dinetur. Clemens quoque III. damnavit deinde contradicere; qui postquam rem publice declaravit, audeat deinde contradicere; extat lib. 2. *Decretal. tit. de prohibitionibus*, ubi Pontifex ita loquitur: *Cum nuptus in aliquo sit iuxta legitimam sanctionem, ut quod sua quisque voce praefatus est, in eundem casum proprio valent testimonio infermare, Tantum porro abest, ut Ecclesie hominis probationem suscipere velit adversus matrimonium fe-cundum omnes Canonice regulas legitime editas, & in quibus quidem sint verba foeminae, quae solum desponsata est, & in Ecclesie limine ante nuptiale benedictionem edicit, de mi-nime consentibile, cum vir per testes contractum probat; oc-currat haec Regula lib. 4. *Decretalium tit. de sponsalibus & ma-trim.* c. *consultationis* ita in hac verba: *Consultationis tuae bre-viter respondemus, quod mulieris, qui conveniunt ad nuptias Ec-clesie benedicta cum sponsa, & ibi reclamante affirmant, se nunquam in eorum matrimonium consensisse, audiri (sponsa in-terim probantibus contrarium) non oportet; cum legitime & ido-neis testibus non debeat illarum semper assertio praevaleat. Fru-stra vero diceretur de ejus, dum matrimonium inivit, animi preparatione iudicari posse ex matris asperitate, quam, quia plures alias nuptias ab ea sibi propositas respulisset, expertus fuerat; neque enim credibile est, hominem, qui minus pro-vesta aetate in his, quae sibi non ardebat, tantopere resiti-ti, matrimonium, quod improbat, aetatis anno tricesimo quinto contrahere, nulla enunciata contradictione; eoque ma-gis, quod matrimonium deinde consummavit; id quod adeo**

ejus

ejus consensum evincit, ut nihil non inepte ac leviter op-poni possit.

Quamobrem Subscripti censent, eum, pro quo consultitur, ne dum obtinere conetur, ut matrimonium nullum declare-tur, tum ex iustitia, tum ex charitate teneri eidem mat-rimonio pro virili parte sua vim, & robur asserre, reparato malo, in quod incidit ob interni consensu defectum. Haec videlicet una ratio est occurrenti scandalo, quod dubio pro-cul oriretur, si ille diutius abesset a propria conjugio, ac no-vis incommodis; nam in eo, in quo est, stata Sacramento-nem impleverit, vel ejus implendae consilium inierit, facta hypothese id eum in praesentia praestare omnino non posse, puta si nunc temporis a conjugio procul abesset.

Verum id sibi persuadere necesse est non modo conscien-tiam postulare, ut ita se gerat, sed etiam ea, quae duxit, & vivente, se non posse cum alia matrimonio inire, quin Legum Civilium, & Constitutionum, nec eodem tempore conjugum prohibentium, vim subeat, & de se posse postero-ribus nuptiis ex eo praesidium quaerere, quod prioribus non consenserit; quia Iudices non pronunciant, nisi iuxta pra-ebitiones extraordinarias, quae omnes ei reflagrant, & qua-rum proinde vi penalis in hujus criminis reos statuit affice-retur.

Nihil igitur in praesentia aliud superest, quam ut hujus matrimonii invaliditatis remedia querantur; qua in re Theo-logorum placita sunt duo; nonnulli in ea sunt sententia, ut, cum in proposita specie nullum adit matrimonium cumque Tridentina Synodus 24. cap. 1. statuerit, ut matrimo-nium non nisi coram Parocho, & duobus tribusve testibus contraheretur, huic consensu defectui non alia ratione oc-curri possit, quam si omnino matrimonium coram Parocho, ac testibus a Concilio praescriptis iterum celebratur. Alii et converso satis esse contendunt, ut qui consensum non praebuit, (modo alia non adit impedimenta dispensantia) eum-dem praebet: *consensu ab altera parte non revocato*, & hoc animo, atque intentione ad eam affectu maritali ad ejus ma-trimonium consummandum accedit, quin defectus, qui exstitit in matrimonio, illa ratione conjugii significatur; putantque Casum, de quo sacrosancta Tridentina Synodus pronuntiavit, hac facti specie non contineri. Quoniam porro in hujusmodi negotiis, in quibus multa difficultates occurrunt, nova ob-stacula sine gravibus causis afferenda non sunt: proinde Sub-scripti censent posteriori opinioni, quae firmissimis momentis nititur, subscribi posse.

Decisum in Sorbona die . . . Maji ann. 1671. de Lamez, Fromageau.

CASUS XXVIII.

Matrimonium absque Parochi praesentia contractum.

- 1. Matrimonium, quod praesentia Parocho non est contractum, circa Episcopi, vel ejus licentiam, nullum est iuxta Le-gem.
2. Occurrit defectus hic, dum matrimonium inquit in Parochia, in qua non domicilium veri nominis, sed tantummodo simul-tatum acquisitum est.
3. Vir, qui ejusmodi matrimonium contraxit, illud iterare de-beat, servatis omnibus Regulis Canonice, ac Civilibus, ut ejus, quam isdem non servatis duxit, iterum prospiciat. Teneatur in conscientia foro id praestare, ut ejusdem mulieris famam teneatur.

QUAESTITUM.

Maria se receperat apud Moniales, quibuscum Contra-ctum iuravit, quo ei id juris erat, ut in eorum Mona-sterio Benefactricis titulo degeret, pro arbitratu ibidem cu-baret, & locum haberet, ubi ad se accedere alloqueretur, ac denique, quandiu voluisset, ibidem aleretur.

Eodem tempore condixit domum ad annos novem Mona-sterio proximam, ubi fere vivebatur; Monasterium porro, ac Domus sita sunt in Suburbio, ubi est Parochia, Ma-ria scilicet.

Quinquennio post Mariam, cum semper domicilium habe-ret in Monasterio una cum conducta domo, sibi conjugem petit Petrus, vir genere, ac dignitate ei valde praestans.

Affertur Maria, quia illud conjugium magno sibi bono esse intelligit, & cum Petro convenit verbo tenus, mat-rimonium occultum fore, quoad Petrus convenit cum matre, & fratribus, quibuscum apud Iudicem de Patris hereditate contendit.

Ut hoc matrimonium occultum esset, & Mariae Parochum lateret, condixit cum sorore partem domus in Urbis loco valde distito a Suburbio, ubi degebat, ut aliud domicilium ibidem acquireret, & in ea nova Parochia nubere posset.

Eodem tempore domus Monasterio, de quo distum est, pro-xime locationem alteri tradidit, ne duplens domicilii con-vinci posset.

Illud interim conveniat necesse est, ex posteriore domo cum sorore conducta ei nullum domicilii titulum adventisse, cum ibi non nisi duas tredecim noctes bimestri spatio transge-rit, dumque in Suburbio polita locatio simulata transata fuerit, quoniam eam non deservit.

Mente post novam conductam domum, Maria petente, Pa-rochie, in qua degebat, Pastor ter inter Missarum solemniam futuras nuptias indicit, quippe qui Mariam & Sororem ex multis annis cognosceret, ac domicilii mutationem nosset, probaretque.

Idemque quoque in Petri Parochia, eo curante, praestatum est. Matrimonii Contractu rite ac recte inito, sponsalia quid-tem praedictae, matrimonium autem postredie coram sex testibus novae Parochiae Pastor celebravit. Qua in re animadvertens dignum est matrimonium duobus mensibus, ac diebus qua-tuor post institutam novae domus locationem celebratum fuisse.

Sextus jam annus est, ex quo illud consummatum est, sciente nemine; proli nihil est; interea temporis Maria bonam anni partem in Monasterio, de quo supra, vel in pro-xima, quam locavit, domo de more transiit.

Nonnulli ad finem perducta sunt Petri negotia, & confors postula matrimonium adhuc latere.

Non abhinc ille ab invisenda sepis conjugio; eo pergit cum comitatu, ibidem praeter, nec inde nisi post multam noctem revertitur, id quod romorem parit, & apud indige-nas, Patrique ac Mariae domesticos scandalo esse potest.

Maria animo sollicita curat, an quod inivit, mat-rimonium validum sit, & an bimestris eademque simulata com-moratio in aliena Parochia sibi facti domicilii adquisiverit, ut idem matrimonium ibidem indiceretur, atque adeo celebra-retur?

Si validum non est, quam tandem ejus firmandi rationem inire debet? Quod si valet, quid agere debet, ut ad illud patefaciendum Petrum adducat, omnemque scandalum occasio-nem de medio tollat?

Uno verbo quid ei factu opus est, ut propriam conscientiam, quam humanis quibusque rationibus praesert, in tuto ponat?

RESPONSIO.

Consilium Conscientie subscriptum super allata facti spe-cie, questionibusque propositis censet matrimonium, quod inter Mariam & Petrum initum est, nullum esse, quia Sa-cerdos, quo praesente celebratum fuit, nestrus proprius Pa-rochus erat. Nemp cum sine Archiepiscopi, vel alterutrius Parochi licentia celebratum fuerit, nullum proinde est iuxta Tridentinae Synodi definitionem, & Constitutionem, quae vel Parochi proprii praesentiam, vel ejus, ut Episcopi veniam requirunt, ut ab alio Sacerdote matrimonium peragi possit, horum porro nihil exstitit in Mariae matrimonio; quod autem egit illa, ut sibi in aliena Parochia domicilium quaereret, est prolixius inutile, cum non properea sibi jus acquireret in ea Parochia Sacramenta suscipiendi, in qua morata non est, & in qua Parochi, a quo desponsata est, subdita non evasit. Vide Glossam cap. *Religiosi de privilegio Clem.* verbo Parochia-lis, ubi proprius Parochus in esse dicitur, in cujus Parochia sit commoratio. Non ergo ex conducta, sed ex habitata do-mo parochialis domicilii jus oritur.

Hinc Navarrus l. 3. *Consil. de Parochis & Parochiani Cons.* n. 1. pronuntiat ad jus suscipiendi Sacramenta in aliqua Pa-rochia acquirendum veram ibidem commoracionem requiri: *Respondet primo, quod sufficit, quod habeat domicilium habitatio-nis, etiam per translationem alterius domicilii, quod alibi ha-beat; & n. 5. Quod videtur sufficere habitatio bona fide & sine fraude suscepta in aliquo loco.* Deinde ita n. 6. animadvertit: *Quod habitatio fraudulenter in praedictum Parochi proprii, vel alterius Parochi habitio in loco ad effectum acquirendi novum do-micilium non sufficere.* Eam porro rationem asserit ex Jure petitam Cap. *Sedes Apostolica de resecris* c. 1. in fine de rei vendit. Tam quia, inquit, *fraus & dolus nemini debent par-cinari; tam quia nullus hominum obtinendum debet.* Quoniam igitur ex expositis certum fit Mariam in domo veteri subur-bana degere non desisse, ejusque locationem non ex animo, sed in fraudem ac dolum ab ea factam fuisse, ipsamque ad-ductam fuisse ad domum in Urbe conducendam non habitatio animo, sed tantummodo proprium Parochum de suo mat-rimonio celandi; subest proinde proprium Parochum de suo mat-rimonium celandi, quae deinde Regalis tam ex Civili, quam ex Canonico Jure deproinde, nec contendere potest se Urbis Parocho tamquam proprio subiectam esse, & neces-sarie consecrationis vi matrimonium, quod in ejus Parochia contraxit, bonum ac validum esse seu coram Deo, seu coram hominibus, qui de facti veritate cognoverunt. Hac Na-varrus opinio communiter recipitur, ut monet Ragnanus in r. part. 3. *Decretal. de Parochis Cap. significavit a num. 28. in r. num. 33.*

Cum

Cum matrimonium hoc nullum sit, debent partes a conjugali confortio abstinere, tenenturque Maria Petrum monere, omnino necesse esse, ut cum vere conjuges non sint, verum iocantur matrimonium, antequam redeant ad maritalem convictum, in quo quidem prius illud valere credentes haec tenentur. Petrus id consilii suscipere necesse habet, ut datum reparat, quod Maria subiret, si res ita, ut se habent, remaneret: utroque magis, quod fieri non potuit, ut ratio, qua cum Petro veritas est, Maria famam omnino non laederet, & utriusque domestici, perinde ac proximi haud valde rem obtraheret, nec id persusum haberent, quod dono Mariae nominis plurimum officeret, ni Petrus eam juxta Ecclesiae Regulas ducens iis malis occurreret.

Decisum in Sorbona die 15. Maji ann. 1687. Augustinus de Lamoignon.

CASUS XXIX.

Matrimonium a sacerdote ex Delegati commissione celebratum.

- 1. Valer matrimonium, quod celebravit sacerdos a Parocho Vicario ad id nominatus.
2. Non valet, si Sacerdos ab eo commissionem accepit, qui sub delegandi potestate erat.

QUAESTITUM.

Contractum est matrimonium quoddam servato Juris ordine, sed a Sacerdote, qui idonea potestate caruisse videtur, quia solum ab alio commissus erat, qui ipse a Parocho delegatus fuerat: nec a Parocho, vel Episcopo subdelegandi potestatem acceperat. Hanc ob causam, quae satis gravis apparet, quaeque Doctorum virorum auctoritate nititur, vir & conjux se invicem separarunt ex longo tempore: conjux quidem iterum nupsit, maritus vero Religionis & honestatis amore ductus optat ille quidem sibi firmius ostendi, an tuta conscientia ad alias nuptias transire possit?

RESPONSIO.

Theologiae Doctores subscripti, qui expositam facti speciem viderunt, existimant, si Sacerdos ab ordinario proprio Parocho Vicario delegatus fuit, matrimonium nullum censendum non esse, ob eam quidem circumstantiam, propterea ex communi sententia Delegatus ad universitates causarum potest delegari, Vicarius autem censetur ejusmodi: ita Sanchez de matrim. l. 3. disp. 31. n. 17. & Pontius hanc opinionem in praesenti tenendam ait, quamvis haud juri conformis appareat, quia nupsit firmatur infu, & consuetudine. D. Thomas quoad 12. quael. 20. huic communi sententiae patrocinatur, ut etiam Hadrianus de Confessione qu. 5. sub. 2. At si Sacerdos ab alio, quam a Vicario delegatus fuit, matrimonium nullum esse censetur, quoniam tamen hoc matrimonium publice peractum fuit, & partes in causa propria iudices esse non possunt, ideo censendum est ad Officium, qui ejus matrimonii nullitatem declarat, ac proinde mulier ante eam declarationem alteri nubere nequaquam debuit.

Decisum in Sorbona hac die 14. Octobris ann. 1675. Augustinus de Lamoignon.

CASUS XXX.

Viduae Matrimonium coram sui Praedii Parocho.

- 1. Valer matrimonium a Vidua contractum coram Parocho Praedii, quod illa emerat in eum finem, ut ibi degeret, quamvis non longo temporis spatio ante matrimonium ibidem morata fuerit, ac tum sine publicationibus, cum sine Patris consensu nupsit.
2. Qui eam duxit, tenetur matrimonium, cujus abrogationem Sacerdos obtinere contendit, validitatem propugnare.

QUAESTITUM.

Matrona, & praestanti viri genere, cum turpiter una vixissent, consilium ineunt nuptiarum, ut crimen & scandalum de medio tollant. Matrona, quae vidua erat, & 34. aetatis annum attingerat, desolato viro, debebat cum patre, qui ejusmodi matrimonium probare noluit, quamvis ipsius consensum utroque petierit. Matrona cum probe nosset necesse fore, ut aliud sibi domicilium quaereret, Praedium emit, & Viro nobili significavit in ea emptione non alium sibi finem esse propositum, quam ut ambo ibidem habitarent. Et sane statim a Praedii

possessionem inivit, sua bona mobilia, quae apud Patrem erant, in Castellum delenda curavit, ibique morabatur ad tres hebdomadas, ut quod in animo habebat, ad finem produceret. Cum se comparasset ad nuptias, ibi se omnino composuit, & Virum nobilem per litteras accivit. Adventit ille, & coram loci Parocho matrimonium intrare statuerunt, absque publicationibus, & absque dispensatione, ut negotium magis clam esset, & Matronae pater non tam facile illud detegeret. Accessit Praedium, eosque in matrimonium conjunxit. Paucis post diebus vir iter facere necesse habuit.

Pater eorum, quae gesta fuerant, certior factus, nulla interjecta mora ad filium venit, eamque coegit & Praedio discedere, & in Monasterium ingredi, matrimonii abrogatione sibi propofita.

Ejus porro rationes sunt haec: I. Quia illud, se repugnante, transactum est. II. Quia publicationes illud non praecesserunt, juxta Constitutionem.

III. Quia qui matrimonium celebravit, non est mulieris Parochus, cum ea tempore apud se fuerit a viri morte, nec domicilium, quod apud se tandem permanens acquisierat, amittere potuerit, in Praedio tam brevi commorans. Super hac re quaeritur ex Theologiae Doctoribus, an pater matrimonii abrogationem jure petat, & an vir tuta conscientia eidem obsequi possit?

RESPONSIO.

Theologiae Doctores Familiae & Societatis Sorbonae subscripti, qui propositam facti speciem viderunt, atque expendunt, existimant recte Virum nobilem & Matronam consilium cepisse de medio tollendi malum, quo ex tam longo tempore detinebantur, & scandalum, quod his omnibus afferebant, quibus illud notum erat; Matronam illud non agere debuisset, ut Patris assensum extorqueret: at si ille repugnare non delituit, juxta Regulas in Regno servatas oportuisse, ut reverenter ejus consensum de scripto rogaret. Hac ratione sese exemisset a poena filialitatis imposita, qui hoc honoris & observantiae argumento patri non exhibito, licet majores essent, matrimonium contraxerint. Porro error hic impedire non possit, quoniam matrimonium contractum valet, quia Matrona eam aetate, ut sui ipsius domina sit, perinde ac Vir nobilis.

II. In eo autem, quod nec per publicationibus, nec obtemperata dispensatione matrimonium celebravit Parochus, gravissimo se crimine obtrinxit, & acerrime a Superioribus arguetur, siquidem negotium ad eos deferatur: inde tamen juxta Ecclesiae Regulas matrimonii validitas impugnari non possit.

III. Expensis, ut par erat, tum iis circumstantiis, quae supra propositae sunt, tum iis, quae viva voce subscriptis significatae fuerunt, existimant loci Parochum, ubi matrimonium contractum est, proprium, & verum Matronae Parochum fuisse, quoniam ejus loci Parochus erat, in quo illa suum domicilium possederat. Si enim res exigantur ad obligationes, quae ea cum Viro nobili intrat, primo quidem ad matrimonii Contractum, deinde vero ad declarationem, quam ediderat, se scilicet in agri emptione nihil aliud, quam domicilium sibi ac viro commune sibi proponere: apparet eam satis animo comparatam fuisse ad priorem habitationem defendendam, ut Viro nobili nubens in posteriore commoraretur. Revera quicquid post emptionem egit, id ei consilium fuisse significat. Castellum ornatum erat, ejusque ornamenta cum Praedio emerat, atque adeo mobilia bona, quae in paterna domo possidebat, eo defenda curaverat. Poteratne commutandae habitationis voluntatem apertius declarare? Huc addenda iterum, quae ad futuram habitationem parandam eo identidem inlinitu: incolae domicilium faci, (inquit Lex Civis C. de iuribus) & in eodem loco singulos habere domicilium non ambigunt, ubi qui locum verumque fortunarum suarum constituit. His accedit, quod post ea indicia prioribus obligationibus ac promissionibus respondentia statim ac Matrona in Praedio fuit, Virum nobilem accesserit, ibique ambo de matrimonio conveniunt. Eum scilicet ad se vocavit in eum finem, ut ibi secum commoraretur. Ex quibus omnibus liquet eam patria domo non recessisse, nisi ut promissa compleret; adeoque Castellum in proprium domicilium ab eadem electum fuisse. Objicit quidem pater filiam in Praedio brevi tantum tempore moratam fuisse, ac proinde domicilium acquirere non potuisse: verum monente Prospero Fagnano inter Canonibus nostrorum temporum facile princeps, tum solum adlegandum tempus est, cum non alia praesto sint probationes, quae domicilii mutationem aperte declarent. Ita ille in cap. Significat de Parochis num. 44. Sed attendendum est nec secundum Leges, nec secundum Canones aliam tempus esse absolute necessarium ad domicilium contrahendum; ad hoc eum praesens necessarium est animus perpetuo habitandi, sine quo domicilium non constituitur. Sed quoniam haec domicilii mutandi voluntas non aliter quam per exteriora signa cognosci potest, poliquam tum Legum tum

Urbanus Rectoris Diocesis Remensis se contulit, ut ibi in Regis exercitu Quaestoris munere fungeretur, trimestris circiter spatium ibidem moratus puella patrem per litteras monuit se praevidere futurum, ut matrimonium in Gallia celebrari non posset, quambrem ei auctor fuit, ut Chimacum venirent, Hispanici Belgii Urbem Diocesis Leodiensis. Acceptis his literis puella, parentibus absentibus, iter suscepit, & secum detulit schedulam Parochi Sanctae Catharinae, cui illa tamquam suo Pastori dixerat se velle Monialibus adherere; haec autem schedula id unum significabat, se conferre habitandi gratia, promissionis matrimonii nulla mentione facta. Cum puella Chimacum venisset, se ejus Urbis incolam declarandam curavit, animo ad sex menses ibidem manendi, illa quidem in Urbem pervenit Apr. die 3. adolescens autem nonnisi 19. ejusdem mensis, die nempe Paschatis. Intra matrimonium coram Chimacensi Parocho, nulla praeter publicationem vel Infulas, vel Parisiis, vel in Urbe Rectoris, sed iis Parochus Chimacensis publicationis dispensationem vendidit. Adolescens deinde Parisiis profectus est, & Puella Infulas rediit, cum tum ante tum post matrimonium mensis spatium Chimaci morata esset. Cur Adolescens discederet, patet in causa fuit, qui de tota re commonefactus filium Parisios illico revocavit. In hac facti specie ex Sorbona Doctoribus quaeritur, an pater tum quod ad civiles effectus, tum quod ad Sacramentali rationem spectat, matrimonii abrogationem petere possit, & quid Adolescens agere debeat. Animadvertendum est Chimacensem Parochum telatum esse se quidem ita facere consuevisse, & anno ante duo ejusmodi matrimonia a se celebrata fuisse, quae in Gallis probata fuerant. Illud praeterea suppliciter quaeritur, an Tridentinum Concilium in Leodiensi regione receptum sit?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiae subscriptum, quod proposita vidit, existimat matrimonium, de quo dictum est, nullum esse, propterea quod nec praesente, nec annuente alterutrius conjugum Parocho celebratum est, ut Tridentina Synodus postulat. Et sane puella commorata Chimaci Diocesis Leodiensis non sufficit, ut ab ejusdem Urbis Parocho legitime in matrimonium jungi poterit. Praeterquam quod enim puella, quae tribus circiter hebdomadis degit in loco, qui a patris & matris domicilio distat, non censetur novum domicilium acquisivisse; contrahebat & Galliarum finibus non ob aliud egressa fuit, quam ut eorum matrimonium Adolescents parentes lateret, neque eo quidem tempore Chimaci consistere, nisi ut matrimonium contraheret. Hoc non videtur bonae fidei domicilium esse, quandoquidem ideo tantum illi Chimacum se contulere nubendi causa, quia neuter eorum Parochus id matrimonium celebrare voluisset, & adolescens parentes nunquam assensum voluissent. Litterae Municipales, quas a Chimacensi Magistratu puella obtinuit, animo ad sex menses ibi manendi (quae conditio ad illud privilegium foretasse requiritur) minime probant, hebdomadas sex, quarum spatium tum ante tum post matrimonium illa Chimaci morata est, et tribuisse domicilium sufficiens, ut nubere, quia ipsa bona fide consilium non habuit ibi manendi. Neque enim probabile est annorum 20. puellam eo animo voluisse in alienam Urbem, a patre, matre, familia, suisque bonis omnibus distatam, habitandi gratis concedere. Quin maximam in eo, quod egit, fraudem praestulit, quoniam Chimacum proficiens id unum sibi propositum, ut quae in matrimonii negotio religiose in Gallia custodiuntur, Regulas evitaret, & Legem a Tridentina Synodo ad familiarum tranquillitatem super hoc capite tam sancte fanaticam eluderet. Si spectetur matrimonii celebratio praecipitanti facta, die ipso Paschatis, quo tempore matrimonia prohibentur, praeterea trium publicationum dispensatio sine causa concessa, & denique Rescriptum, quod ab Infulano Parocho Religiosis suscipiendi specie puella impetravit: haec omnes circumstantiae conjunctim sumptae contrahentium malum fidei declarent. Hinc inferri potest Chimacense domicilium in fraudem fuisse, & quod inde consequitur, matrimonium celebratum nullum esse, & tamquam tale spectandum, praesertim cum Tridentinum Concilium in universa Leodiensi regione receptum sit. Adolescens porro, ad hoc matrimonium quod attinet, ut in ceteris rebus omnibus debet se subdere consilio patris, qui prudenter videbit, quid in hoc negotio sit opus factu; & si etiam lubenti animo amplecti debet, quod ille prudentia sua mandabit de puella, quae est in questione, si nempe postquam matrimonium nullum & invalidum declarandum censerit, e re esse iudicet aliquid puellae tribui; vel ut ita facilius nubere, vel ut alia ratione sibi consuleri possit.

Decisum in Sorbona hac die 5. Julii ann. 1699. Augustinus de Lamoignon.

QUAESTITUM.

Adolescens annorum 20. cujus uterque parens in vivis erat, profectus Infulas Belgii Urbem, Diocesis Tur-nacensis, ibique per aliquot menses moratus puellam ejusdem Urbis Infularam annorum pariter 20. sibi conjugem petiit, cujus item vivunt pater & mater, qui quidem puella, matrimonio assentiuntur. Post hunc consensum, Adolescens ia

Decisum Parisiis die 15. Septembris ann. 1681. Augustinus de Lamoignon, G. Fromageau.

CASUS XXXI.

Matrimonium celebratum, Parocho nec praesente, nec permittente.

- 1. Puella, quae in Leodiensi Diocesi Urbe vix mensis spatium morata est, ibidem a loci, ubi moratur, Parocho in matrimonium jungi nupsit.
2. Incolans Littera, quae obtinuit, non evincunt ei satis esse domicilium, ut ea in Urbe nubere possit.
3. Pater adolescens, cui puella nupsit, petere potest, ut matrimonium nullum declararetur.

Matrimonium absque publicationis ab alterutro Parocho peracta Declaratione.

- 1 Ad Matrimonium validitatem facti est, ut ab alterutro contrahentium Parocho celebratum fuerit, cum illi ad alterutrum Parochias pertinet.
2 Publicationis ab adolescentis Parocho peracta Declaratio necessaria non est.
3 Parochus, qui matrimonium celebravit a proprio Episcopo nulla pena multandus est.
4 Hoc matrimonium nullum declarari non potest, nec promissa reintegrari.

QUÆSITUM.

Parochus S. Ludovici Rupis fortis Parochianam suam nupri dedit adolescenti ex B. Virginis ejusdem Urbis Parochia, in qua publicationes peractæ sunt. Episcopus vivæ vocis vi S. Ludovici Parochum interdixit, quod adolescentis matrimonium celebravit sine publicationis in B. Virginis Parochia peractæ Declaratione, & quin in Matrimoniorum Acta retulerit Tutorem matrimonio assensum præbuisse, & propterea matrimonium nullum declaravit, & a Beate Virginis Parocho reintegrandum mandavit; quod factum est. Qua in re proponuntur difficultates quatuor, & queritur.

- I. An matrimonium nullum sit, quamvis ceteroquin rationi a Tridentina Synodo præscriptæ sit consentaneum.
II. An ab Episcopo nullum declarari poterit, utpote non contractum juxta Canones & Constitutiones Regni, præsertim vero juxta Edictum anni 1697, mandans, ut matrimonium non nisi inter eos celebraretur, qui actu sunt ex Parochiâ, vel non sine Parochi licentiâ?
III. An Sacerdos, qui Declarationem publicationum, & consensum Parochi petere neglexit, dignus fuerit, qui interdiceretur? Episcopus vivæ vocis vi Interdictum hoc pronuntiavit, ac deinde legis post mentem vehementer rogatus.
IV. Quid agendum, si matrimonium validum sit, ut reintegratio Actus a Beate Virginis Parocho editus ex Actuum codice deleatur: is enim Actus S. Ludovici Parocho, ejusque Parochiâ Sacerdotibus est injuriolosus?

RESPONSIO.

Consilium Conscientiæ subscriptum censet illud imprimis tanquam certum ponendum esse, ad matrimonii validitatem sufficere, ut ab alterutro contrahentium Parocho ad diversas Parochias spectantibus, celebratur. Sane Tridentina Synodus (a) de Parochi præsentia verba faciens non designat finem, nisi ut, an potius alterius Conjugis Parochus esse debeat; ex quo proinde concludi licet utrumvis eligi libetum esse.

Ad hæc ideo Synodus proprii Parochi & testium præsentiam requirit, ut impediatur, ne matrimonium clandestinum sit. Porro ad id obtinendum satis est matrimonium coram alterutro contrahentium Parocho celebrari. Addi potest & ratio, quam asserit Sanchez (b), nempe quamvis Parochus assensus non se habeat ut Parochus ratione personæ, quæ ad alterius Parochiam pertinet, eum tamen censeri Parochum esse, quod attinet ad matrimonium, & quia cum matrimonio inter duas personas esse debeat, consequens fit unius Parochum ratione connexionis evadere Parochum alterius. Ita etiam disputat Barbosa, cujus hæc verba sunt: (c) Quando vero matrimonium est contrahendum inter virum, qui sit de una Parochia, & mulierem, qui sit de alia; sufficit, quod inter se Parochus habitationis suæ, quando contrahitur in Parochia habitationis uxoris: quia cum propria Parocho committatur suum Parochianum matrimonium contrahere; censetur etiam commissus alienus cum suo conjugere, quia hæc necessaria connexio sunt.

Uno verbo difficultas soluta est a Cardinalium Congregatione, cujus Declarationem Navarrus asserit: (d) Congregatio, inquit, Concilii Tridentini sub Pio V. interpretata sui sufficere Parochum mulieris, quando matrimonium contrahitur in Parochia mulieris, sicut eadem sub Gregorio XIII. censuit sufficere Parochum viri, quando in ejus Parochia contrahitur est.

In constituta doctrina hæc, quæ apud Theologos communis est, ad questiones propositas respondetur.

- Ad primam, matrimonium celebratum a Sancti Ludovici Parocho, qui ejus loci Parochus est, ubi puella domicilium habet, nullum non esse, quamvis publicationis in Beate Virginis Parochia, ubi Adolescentis domicilium erat, non acco-

(a) Concil. Trid. Sess. de Reform. cap. 1. de Matrim.
(b) Sanchez lib. 3. de Matrim. disp. 19. n. 4.
(c) Barbosa 2. part. allegat. 32. numer. 65. de potest. Episcop.
(d) Navarr. in Manual. cap. 25. n. 144.

perit Declarationem. Hoc enim loco distinguendum est id quod est licitum ab eo, quod validum est. Illud quippe certum est Sancti Ludovici Parochum suo muneri deluisse, cum ante matrimonii celebrationem non petiit eam, de qua diximus, Declarationem, unde Beate Virginis Parochum ab eo matrimonio minime alienum esse cognosceret, sed quamvis id ille facere neglexerit, non ideo tamen matrimonium est minus validum, adeoque non apparet, quod fundamentum nullum judicari, & ut reintegraretur, mandari poterit.

Id secunde questioni solvenda intervenire potest, juvenit tamen addere, Constitutionem ann. 1697. supra citatam non spectare ad propositam facti speciem; ea quippe solum prohibet, ne Parochi, alique Sacerdotes eorum matrimonium celebrarent, qui ad eorum Parochias non pertinent; puella porro ex Sancti Ludovici Parochia erat, atque ita a proprio Parocho in matrimonium data est, & in eo quidem servatum id est, quod regulis, ac veteri consuetudini magis respondet, ut nempe matrimonium cum commode potest, in puella Parochia celebratur; ejusmodi est Parisiensis Diocesis regula: (e) Antiqua tamen consuetudo servatur, (inquit Rituale Parisiense) quæ in præsentia Parochi mulieris matrimonium contrahitur. Ad Ecclesiæ quidem disciplinam pertinet, ut ne Parochus Parochianum aut Parochianam in matrimonio conjugat absque publicationis in alia Parochia factæ declaratione, cum contrahentes non ex eadem Parochia sunt, at id solum spectat, quod licitum est; ac proinde si quicquid ad celebrationis matrimonii substantiam necessarium est, servatum fuit, ea recti ordinis omisso illud nullum minime reddidit.

Ad tertiam. Si opinio, quæ ductus Episcopus egit, cum veritate confensisset, Parochus interdici potuisset; at eum ea ne dum sit ejusmodi, qui potius communi sententiæ adverteretur, jure gravius esse videtur pœna. quæ ob eam causam Parocho imposita est, quod non semel distant Declarationem petere neglexerit. Interdictum porro vivæ vocis vi valide inferri potest; dummodo ejus exemplum intra mensem petenti exhibeatur, ut est in Glossa (f), & apud Sayrum.

Ad quartam. Quoniam matrimonium, de quo agitur, dabitur procul validum est, nec quoad caput hoc Regni Constitutionibus, & Ecclesiæ Regulis omnino repugnat, sit inde, illud nullum legitime declarat, & proinde reintegrari minime potuisset. Quomobrem cum S. Ludovici Parocho injuriose potuisset. Quomobrem cum S. Ludovici Parocho injuriose potuisset. Quomobrem cum S. Ludovici Parocho injuriose potuisset. Quomobrem cum S. Ludovici Parocho injuriose potuisset.

Quod si Episcopus recusaverit ita mandare, vel Officiali suo precipere, ut pronuntiata sententia jubet reintegratio nem deleri, quia matrimonium antea a S. Ludovici Parocho celebratum fuerit; idem Parochus, pro ut magis expedire judicaverit, se tenebit, ita tamen, ut quoad fieri poterit, obsequium Superiori debitum integrum servet. Frustra porro additur in Actis Parochiæ S. Ludovici consensus Curatoris adolescentis nullam mentionem fieri, etenim responderit eum ad matrimonii validitatem absolute necessariam non esse. Præterea satis est Parochum matrimonii contractum subscripsisse, ut validum, & Ecclesiæ Legibus, ac Regni Constitutionibus consentaneum esse censetur. Neque vero refert dicere S. Ludovici Parochum citationis sibi a Beate Virginis Parocho indite impensas solvisse, atque ita consequendi jure cecidisse; præterquamquod enim negotium hoc non modo ad S. Ludovici Parochum, sed ad Ecclesiam quoque spectat, cui quidem injuria inferri non potuit, quin repararetur; dictus Parochus ea tantum de causa esse impensas solvit, ut matrimonium, de quo queritur, reintegratio nem impediret, & in hoc quidem se ipse decepit, vel deceptus est, si ei spes data fuit fore, et nihil innovaretur.

Decisum in Sorbona hac die . . . . .

G. Eremogæu.

CASUS XXXIII.

Parochi præsentia ad Matrimonii validitatem.

- 1 Matrimonium solemnibus ceremoniis iniiri non potest nisi præsentia Parocho mutuum contrahentium consensum cognoscente.

(d) Navarr. in Manual. cap. 25. n. 144.
(e) Rituale Paris. de Sacri. Matrim.
(f) Glossa V. Causam cap. cum quædam de sententiæ excommunicatæ, in sexto. Sayrus l. 1. c. 13. n. 2.

Parisii die 15. Martii ann. 1677. Augustinus de Lanet.

Matrimonium non voluntarium, & coactum.

- 1 Adolescent, qui falso accusatus a puella, quod geminorum, quod illa pepererat, pater esset, eam ducere coactus est vi Rescripti, mortem minitanti, vero cum ea matrimonio conjunctus non est.
2 Pater aliam ducere, dummodo ejus suppositum matrimonium non innovet.
3 Confessarius cum ad Sacramenta admittere potest.
4 Si Ecclesia eum cogere vellet cum ea, quam vi tantum adactus duxit, conjugali more versari, censuris, quæ quidem in eum pronuntiantur, irretitus non foret.
5 Puella, quæ eum falso accusavit tanquam duorum filiorum patrem, quos ex alia susceperat, reueter pro viribus & malum, quod ipsa perpetravit, & quæ ille subit, incommoda reparare.
6 Pater adolescentem matrimonium suum reintegrare, illud ab initio reprensens coram Parocho, vel a Pontifice pater potestatem illius reintegrandi per consumptionem, & mutuum conjugalis fidei promissionem.

QUÆSITUM.

Adolescens, cum puellam seduxisset, & se pravo commercio per plures menses cum ea amicum, si se sponsum promissit, ea conditione, si illa ei fidem servaret.

Commercio hoc aliquanto post interrupto, ventrem tamen puella gessit, & octavo post adolescentis secessum mense gemellos fratres in lucem edidit. Eum illa ad Judices tanquam gemellorum patrem tenuit; post varias insectationes obtinuit Senatus Rescriptum, quo ille sub mortis pœna eam ducere jubebatur. Suam ille non semel innocentiam testatus est, ac jurejurando firmavit, sed frustra. Itaque ut mortem effugeret, ad Ecclesiam se contulit puellæ ducende causa; sed ceremoniis consuetis, ab ea recessit, nec ut ad eam redeat, omnino adduci potest.

Puellæ judicio filii ex eo adolescente suscepti non sunt; significavit enim Confessario veri patris absentiam impedimento fuisse, quominus eos illi traderet; rata sibi jus esse eos tribuendi adolescenti, a quo primum corrupta fuerat, & conjugalem fidem receperat.

Hoc posito, queritur, I. An valeat adolescentis matrimonium, quamvis ille mortis formidine adactus fuerit, ac si nullum detegatur, possit in longinquas regiones abire, ibique, quovis evitato scandalo, aliud matrimonium contrahere?

II. Quod si matrimonium valeat, queritur, an adolescentis de ducte femina infidelitate convictus teneatur in foro conscientie cum ea conjugali more versari?

III. Sin haud teneatur, queritur, an ob promissa, quibus ei se obtulit, debeat numerata pecunia, vel alia ratione eam compensare?

IV. An si Superiores Ecclesiastici excommunicationem & Sacramentorum privationem adolescenti minitantur, ni ad eam suppositum conjugem redeat, causa subsistit, cur inde timeat; & an excommunicatio, si intelligatur, legitima futura sit?

V. Quomodo Confessarius cum hoc adolescente se gerere debeat; possitne, Superioribus Ecclesiasticis in eum minime procedentibus, ipsum absolvere?

Ad puellam quod attinet, si, quod extorsit, matrimonium validum non sit; cum adolescente in gravissima incommoda, atque ingentes impensas falsa accusatione conjecerit, & impediit, quominus aliam duceret; tenetur necne illata ei damna facere?

I. Nonne debet coram Judice declarare, quicquid inde mali futurum sit, tametsi turpi commercio se cum adolescente miscuerit, re tamen ipsa geminos filios ex eo susceptos non fuisse?

II. Facta hypothesi eam ad hujusmodi declarationem non obligari: nonne saltem assentiri debet, ut quoad thorum, ac bona a supposito viro separaretur; quo eum a Superiorum Ecclesiasticorum minis in tuto ponat?

III. Teneturne ad aliquam compensationem ex carceris, in quo ille jacuit, diuturnitatem, & impensas, quibus obnoxius fuit?

Quid agere debet Confessarius, ut puellam hanc in salutis viam revocet?

Ani-

n. 43. Barbosa de officio. Parochi, cap. 21. n. 49.

Presentia hæc non solum physica, sed etiam moralis esse debet, ita nempe ut Parochus, quod coram se sit, intelligat, ac sciat.

QUÆSITUM.

Cum adolescens ob genitorum suorum oppositionem non posset consuetis ceremoniis prellam, quæ abusus fuerat, in conjugem ducere, cum ea id inito consilio, ut ambo die Dominico puella Parocho Missam Parochiam celebranti se sistant, ibique publice edicant se sibi mutuo conjugalem fidem dare; quod & præstiterunt. Illi quidem Parochum, dum sacrum faceret, interpellare voluerunt, ut ab ipso audirentur; at ille perexit de more, atque adeo testatur se nihil eorum intellexit, quæ suppositi contrahentes infra Altare post eum dixerunt.

Rogantur Sorbonæ Doctores, ut definiant, an hoc matrimonium, quod illicitum est, sit tamen validum in his circumstantiis, ut nempe Parochus, cum adesset, & intelligere posset, nihil tamen viderit, audierit, ut ipse quidem ait, unde contrahentium consensum percipere posset, quia tunc in suis functionibus animo defixus erat.

RESPONSIO.

Consilium Conscientiæ subscriptum censet matrimonium, de quo modo dictum est, nullum esse. Quamvis enim Parochus, qui matrimonio adfuit, hujus Sacramenti, multorum magni nominis Theologorum sententia, minister non sit; quia tamen matrimonium non nisi per ejus præsentiam celebrari potest, necesse est intelligat ipse, quod agitur, & de consensu cognoscat, quem mutuo sibi contrahentes exhibent.

Hæc autem Parochi præsentia in matrimonii Sacramento non solum physica est, quæ nempe in eo sita est, ut quis alicubi corpore sit, sed debet moralis esse, ita scilicet, ut ille audiat, sciatque, quod se præsentem fit. Hæc est Juris mens, ut Ledesma (a), Fevretus, & alii complures, quorum testimonia Barbosa in medium asserit, animadvertunt. Hæc autem sunt Juris verba Lege coram Titio ff. de verborum significat. Coram Titio aliquid facere jussus non videtur eo profecto scisse, nisi se intelligat.

Quomobrem cum ex proposita facti specie certum sit Adolescentis ac puellæ verba ad Parochi aures non pervenisse, quia eo tempore, quo Parochialem Missam celebrabat, maxima, qua par erat, animi intentione ad sacra Mysteria incubebat, consequens proinde fit, hoc, de quo queritur, matrimonium nullum & invalidum esse.

Decisum Parisii hac die 9. Januarii ann. 1695. G. Eremogæu.

CASUS XXXIV.

Matrimonium Militis, qui nullum habet domicilium.

- 1 Miles, qui quindecim ab hinc annis castra sequitur, nullum domicilium habere censetur.
2 Etatis ann. 32. potest matrimonium iniiri Parisii cum puella ibidem commorante, quamvis Haynaut nata fuerit.
3 Puella non indiget consensu Parochi, apud quem suum domicilium habebat, antequam Parisem veniat.

QUÆSITUM.

Titius in Aquitania natus, tricesimo secundo ætatis anno, cum a Patre quindecim ab hinc annis recessisset, nullum potest domicilium habuit, semper castra secutus; potestne Parisii in uxorem ducere Corneliam Haynaut natam, ubi propositum domicilium habet, quoniam vel proprii Parochi, vel Episcopi Cameracensis Prelati sui consensum asserat?

RESPONSIO.

Theologicæ Doctores subscripti censent in proposita facti specie, quam viderunt, expenderitque Titium tanquam omnis proflus domiciliis expertem spectari posse, & quod inde consequatur, ex eorum numero esse, de quibus sermo est in Tridentina Synodo Sess. 24. c. 7. de reform. matrim. quibus Episcopus contrahendi matrimonii veniam tribuere potest, ita ut Parocho minime liceat ejusmodi matrimoniis absque nodo declaratur. At si Ordinarius matrimonii veniam concedat, subscripti putant illud peragi posse a loci Parocho, ubi contrahentes actu morantur, nec Cornelie Episcopi, vel Parochi consensu opus esse. Ita sentiunt Sanchez lib. 3. disp.

(a) Ledesma de Matrim. cap. 6. dubit. 3. Fevret. l. 5. cap. 2.



culpa sua continere cogitur. Glossa porro in C. in presentia explicans ea verba, donec certum nunciium, de muliere, cujus vir castra secutus est, nec potest de morte per magistrum militum, vel per alium certo cognoscere, ita pronunciat: Tunc mittat ad locum, vel ad vicina loca, ut inquirat, si potest; aliter expectet, quamvis certificata fuerit de morte. Hoc fundamento dicitur Paulus Comitolus lib. 2. respons. moral. quæst. 127. putat defectum probationis mortis esse novi matrimonii dirimens impedimentum, etiam si viri mors res ipsa contigerit. Itaque ad questionem propositam dijudicandam sciendum est, an de mariti ab annis tribus absentis morte mulier audiverit, quomodo ad eam de ejus morte rumor pervenerit, atque an idem rumor virorum, qui afferant se id scire per se ipsos, vel ex aliis fide dignis auditione accepisse, constanti testimonio nitatur, ut animadvertit Sanchez de matrimonio lib. 2. disp. 46. num. 26. Quod si probationes aliquam difficultatem patientur, deferende sunt ad Episcopum, qui earum pondus expendat; propterea quod in hujusmodi casibus, ut rectus ordo servetur, Ecclesie auctoritas intervenire debet, ut ex Cap. in presentia licet intelligi, nec auctoritate Ecclesie permittas contrahere; quod sane fieri nequit, nisi res ad Presulem deferatur. Si ergo ille mulieris probationes certas judicavit, eaque ejusmodi sunt, ut incolæ virum obisse pro certo habeant, existimatur ab ea novum matrimonium valide contrahi potuisse, ipsamque potuisse, atque etiamnum posse conjugale debitum reddere, ac petere, quia juxta Glossam cap. in presentia, verbo, ubi verisimiliter presumitur de morte, si mulier nubat, excessum, accepta tamen hac verisimilitudine juxta vim juris in hoc capite instituti. At si eadem mulier, ad viri mortem quod attinet, non existit in ejusmodi verisimilitudine, & in presumptione tam gravi, ut certitudo censatur; certum quippe dicitur, inquit Armilla de matrim. num. 25. quod per violentam presumptionem habetur; creditur nec secundum matrimonium contrahere, nec conjugale debitum petere sine culpe potuisse.

Decisum Parisiis hac die . . . Aug. de Lamer.

CASUS XXXIX.

Matrimonium Viduæ cum sui quondam viri spurio.

1 Non potest tuta conscientia per a Romana Curia dispensatio, qua viduam in uxorem ducere possit is, qui vulgo habetur filius spurio, nisi existat vidua.  
2 Pontifex, si de hoc rumore cognoverit, eam dispensationem nequaquam concederet, itaque divorcio opus est, quatenus tandem in comoda inde futurus sit.

QÆSITUM.

Caja nobilis vidua admodum ægre fert conscientie jugum; quia tamen virtute prædita est, & Deum timet, nihil absonum aggressi vellet. Adolefcentis nomine Cajus, qui jam a multis annis in eadem domo degit, & negotia procurat, ad peccatum illum sollicitus; at Caja, cui honestas magis propere cordi est, assensum omnino rennit, & præposito consilio decepta sibi persuadet posse se cum Cajo matrimonio inire, quod conscientia appellatur, ac subinde cum eo concubere nec conceptum, nec partum omnino verita ob multam ætatem. Longo post tempore cum illa intellexisset matrimonium suum clandestinum esse, ac proinde nullum, utpote absque Parochi presentia celebratum: pergunt ambo ad proprium Pastorem & senem, & valetudinariam, qui, omni re cognita, atque perspecta, ab his priorem consensum repeti jubet; quo facto, putant illi se posse convivere; & eorum quidem commercium aliquandiu perdidit.

Denique cum conscientia ipsa ejusmodi matrimonium iis exprobraret, Caja, quæ, ut dictum est, audiebat prudens ac proba, Doctorem adit, eique in aurem detegit statum, in quo versatur, initum cum Cajo matrimonio, & animi iudicium ortam sollicitudinem; addidit adolescentem illum, quicum matrimonium inerat, viri sui filium videri, & gravem presumptionem sibi suppetere, cur ita credat, quippe que feminam novit, cui inus defunctus vir, antequam se duceret, multorum annorum spatio se flagitiose miscuerat. Suspicionis hujus ea ratio est, quod defunctus, qui ex femina, que apud ipsum debebat, quique aut sex filios suscepit, ajbat identidem, de Cajo loquens, se ei patrem non esse; tanta inter eos erat diversitas morum, indolis, ac pilorum: pater enim erat crasse ruber, Cajus autem niger, ceteri porro filii quinque patrem ac matrem magnopere referebant. Inde autem exiit præjudicium, quod defunctus professus Parisicos, ubi per annum moratus est, quomodo reliquerat, feminam rediens gravidem reperit; quare ita exaristit, ut nihil aliud in animo haberet, quam ut illum dimitteret. Et sane paulo post ei virum dedit & servis, secum retinens omnes, qui ea susceperat, filios, e quorum numero Cajo erat, cui Caja nupsit.

Hoc postulo, queritur I. an Caja possit tuta conscientia a Summo Pontifice dispensationem petere, ut Cajo nubat, quia separatio aliis quidem scandalosa futura est, ipsis autem infamie, ac præsertim mulieri, præterquamquod Cajus de vita periclitaretur; cum enim ille domesticæ negotia jamdiu procuraverit, & bona non pauca in privatum commodum convertere possit, dubio procul id agnoscens Cajo consanguinei ulciscuntur injuriam, eumque perdent, quod Cajo bona diriperent, postquam ipsam famam denigravit, eaque, quam sperabant, successione ita omnes ejus hæredes frustratus fuerit.

II. Quid invidendum consilii, quod attinet ad Sacramenta tum in Paschate, tum in aliis solemnibus diebus Festis Caje administranda, præsertim cum illa & pia habeatur, & ad Penitentia & Eucharistia Sacramenta passim accedat, adeoque diu ab utroque hoc Sacramento abstinere non possit, salva fama, nec ad longum tempus abesse domo, tum rei domesticæ, tum matris causa, que apud eam degit, & indiget ejus ope? Super hac re queritur, Doctores quid sentiant.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientia subscriptum censet Cajam tuta conscientia dispensationem a Pontifice postulare non posse, ut sibi liceat Cajo nubere; quamvis enim hoc matrimonium valeat, si Cajo nupte defuncti Caje viri filius non esset, atque in affinitatis impedimento dispensari posset, si ille idem vir Cajo pater non foret; cum tamen ea dispensatio non innotescat, & Cajo defuncti filius habeatur, utpote cum ceteris filiis domi alius educatque non sine publico gravique scandalo: longe majus evaderet ejusmodi scandalum, si de clandestino Caji & Caje matrimonio suspicio suboriretur. Quoniam ergo huic malo nullum aliud remedium præter divortium afferri potest; id unum videlicet superest, ut omnis occasio peccati tollatur; nec juvat eos ad Pontificem confugere, ut dispensationem obtineant, quam profecto negavit Pontifex, si de re tota cognoverit, ac si in libello supplicii id innuatur, quod dicitur fama publica. Ita sentiant Theologia Doctores, qui unanimi sententia statuunt inter Cajum & Cajam perpetuum divortium invidendum esse, eosque secus ad Sacramenta admitti non posse, propterea quod conviventes nunquam non in proxima peccandi occasione versantur.

Decisum in Sorbona hac die 20. Februarii an. 1682. Aug. de Lamer.

CASUS XL.

Rescriptum occasione dispensationis super impedimento matrimonii.

1 Cum duplex adesset matrimonii impedimentum, unum occultum, & alterum publicum, in Penitentia, ad quam de occultum confugitur, scientia ejus mensis impedimenti publici, alterum nulla est dispensatio.  
2 Adolefcenti, qui se pueri patrem delatavit, ut puerpera famam in loco puerer, potest Officiali se sistere, & ut id sibi probare liceat, postulare.  
3 Potest Episcopus dispensare, cum contrahentes tanquam pauperes spectantur.

QÆSITUM.

Titius macelli minister degit apud Mævium macelli magistrum. Cum Bertha Mævii filia ex alienigena ventrem gereret: Mævius Titium sollicitus, ut se pueri, quem illa alvo gessit, patrem fateatur, eamque illi sponfam promittit. Titius ergo sponfalium contrahit cum Bertha, prærogatur publicationes, & post postquam Bertha parit, & moritur ante matrimonii celebrationem. Refertur in Actis baptizatorum puerum recens natum ex Titio patre esse, eundem tamen Titium id fieri nolle; sed tandem post graves sollicitationes ille subscribit, ut in tuto ponat famam delatæ, que mensis Decembris an. 1695. mortem occubuit.

Anno insequenti 1696. prope Palcha defuncto consanguineo Titio, cujus opera ad familiam bonam valde indigebat, in uxorem proponit Catharinam Berthæ forem; annos tunc natam prope viginti. Consentit Titius, sed quia ille ob sponfalium cum eadem Bertha publice honestatis impedimentum cum Catharina contraxerat: communem amicum adent, eumque ingente se bona fide de re tota certiorum faciunt. Ille a Romana Curia Juno mensis ann. 1696. super eo impedimento dispensationem impetrat: in dicto loco præter illius angustiam virum sibi non consanguineum, vel affinem; paris conditionis, cui nubere possit, non invenit. Quia porro Pontifici non exposuerat, Titium se patrem falsum esse filii Berthæ, Sororis Catharinæ, idem amicus Octobris mensis ejusdem ann. 1696. a Romana Penitentaria obtinuit Breve, quod cum Titio dispensabatur in primo ex actu fornicario.

Titius

Titius accepto Breve se fuit Confessorio, a quo absolutorem ac dispensationem obtinet in foro conscientia, ut cum Catharina matrimonium inire possit.

Ex Conscientia Confilio queritur, I. an Impetrantes hujus dispensationis declarationem tuta conscientia petere possint? Dubitandi ea est ratio, quod causa, propter quam eam obtinuerunt, non apparet veritati consenti; Catharina enim inveniet ibi, ubi est, conditionis æqualis virum, & quidem facilius tunc inveniet, cum a Pontifice dispensationem petat, utpote annos nata non amplius viginti. Et sane Titius apprimè utilis Mævii familie, ac puella virum sibi æque idoneum ægre inveniet, quia Titius artem suam adamantissimè callet, & melius quam quisvis alius Mævii commercium curabit. Hæc revera est ratio, propter quam Mævius Catharinam filiam ei conjugem designat; at ratio tamen non est, ob quam impetrata est dispensatio. Quæ expressa est causa, hæc ea quidem cum veritate consentit, nisi, quod ajunt nonnulli, dicere libeat per ea verba, cui nubere possit, non invenit, intelligi potest verba hæc, cui nubere velit, non invenit. Videtur tamen Impetrantes dispensationis effectu gaudere debere, quippe qui eam bona fide petierunt, & amico, in quem proinde omnis culpa rejicienda est, ingente totam rem explicaverunt; videri potest Caput Super litteris, extra de Rescriptis.

II. Necessè necne esset dispensationem a Romana Curia obtineri super impedimento in primo ex actu fornicario? Videtur omnino certum id necessarium esse, quia Titius falsus est se pueri patrem esse, hæc autem confessio impedimentum publicum efficit. Ad hoc porro impedimentum tollendum non sufficit Breve Penitentiarie, quæ nominis in foro interno diffundit; & quamvis ejusmodi Diplomata satis essent, quod tamen Titius obtinuit, ei nihil prodest, quia ponit tanquam certum Titium cum Bertha copulam occultam esse.

III. Quomodo Titius a Pontifice dispensationem petere potest super impedimento in primo ex actu fornicario? Quandoquidem ille cum Bertha nunquam rem habuit; necesse interim est ut foris externum dispensationem obtineat super hoc supposito impedimento, quia filii Berthæ pater habitus est; & matrimonium quidem, quod cum Catharina contraheret, aliquando abrogari posset, nisi de impetrata dispensatione constaret.

IV. Sed conjunctim esse debuit hujus dispensationis expeditio? Etenim opus est, ut in ea mentio fiat ejus, que jam impetrata est; secus secunda dispensatio nulla esset, quia juxta regulam ex multis capitibus extra de Rescriptis, & aliquibus aliis titulis dictum est omne exprimentum est, quo gratiam redderet impetrata difficultatem; & sine hac expressione Rescriptum nullum est, porro nunquam in Romana Curia conceditur hæc secunda dispensatio cum prioris mentione.

V. Satis necne esset ad tranquillandam Impetrantium conscientiam, ut Datarie Officialem (a) de prioris dispensatione non jam impetrata in aurem monendum curarent, & rogarent, ut id Pontifici declararet, ac deinde secundam dispensationem, primæ nulla mentione facta, expeditet? Officialis, qui secundam dispensationem pronunciarat, uretur Epistola, que innuitur ad calcem capituli super litteris, extra de Rescriptis.

VI. Admitteretur necne Titius in Romana Curia, ut rem omnem pro se habuit, Pontifici exponeret? (b) Se videlicet revera esse pueri patrem non esse. Se id non dixisset, nisi ut Berthæ consanguineis gratificaretur, ut ejus famam in tuto poneret, ut eam denique in uxorem duceret; se quidem eam dispensationem eatenus tantum petere, quatenus ea opus esse posset, & ut sibi caveret ab iis, qui matrimonii, quod cum Catharina inire contendit, abrogationem exposcere vellent ob eam causam, quod pueri, qui ex Bertha ejus fore natus est, pater esse presumitur.

VII. Admitteretur necne Titius, ut probaret se pueri patrem non esse, quamvis in baptizatorio Codice suum nomen posuerit, seque ejus patrem confessus fuerit? Ille quidem facile ostenderet se semper dixisse, antequam Acta subscribere, se ejus patrem non esse, nec subscripsisse, sibi imposito patris nomine, nisi consanguineis, quorum fama consuleret volebat, instantibus, cum vero nonne ab alterius dispensationis obtinenda obligatione satis se liberaret?

Consuetudo Consilium reputare debet Catharinæ consanguineos mediocri conditione esse, ad commercium, quod exercent, Titii opera opus habere, & jam plus quam scuta centum prioris dispensationis, & ceterorum, que ob hoc negotium insinuare deberunt, causa expeditæ, que iis quidem summa gravis est, non ita facile fieri possit, ut Catharina, utpote annos nata 24, virum Titio parem inveniat, præsertim cum suspecta cum Titio necessitudo non mediocrem rumorem hactenus excitaverit; eos denique egisse bona fide, & secutos esse amici consilia, cui quidem, quoque peccatum fuit,

(a) Cap. Ad aures 8. Cap. Cum adeo, 17. cap. Constitutus, 19. cap. super litteris 20.  
(b) Cap. Postulasti 27. Cap. quod super his 7. & cap. cum te nemur 6. de præbend. & dignit.  
Lamer Tom. II.

adscribi debet; ceterum fore facta distelle; ut Titii & Catharinæ amicitia dissolveretur, ex qua hæc possent mala exsistere, nisi in matrimonium conjungerentur.

R E S P O N S I O.

Consilium Conscientia subscriptum censet.

I. Inde etiam propositi Casus difficultatem augeri posse, quod cum a Romana Curia petita est dispensatio super publice honestatis impedimento, rursumque a Penitentaria dispensatio affinitatis ex copula fornicaria, omnino exprimentum fuisse existere publice honestatis impedimentum, super quo in antecessum impetrata fuerat dispensatio, vel in (c) Dataria ejus affinitatis mentionem faciendam fuisse. Is quoque stilus ac mos est, ut cum duplex adesset matrimonii impedimentum, occultum unum verbi causa, publicum alterum, in Penitentaria, ad quam ob occultum confugitur, impedimenti publici mentio fiat; secus nulla est dispensatio. Cum ergo Titius in Penitentaria, ad quam supplex accessit, alterius impedimenti, nempe honestatis publicæ mentionem non fecerit, utraque dispensatio, vel saltem posterior, que a Penitentaria impetrata est, nulla esse videtur.

II. Ad evitanda propositi Casus incommoda videtur alterutrum fieri posse; ut nempe vel id fiat, quod occurrit in expositionis articulo 6. declarareturque præterea super honestatis publicæ impedimento dispensationem paulo ante impetratam fuisse; vel ut Titius ad Officialem coniugiat probaturus se revera ejus pueri, de quo in libello supplicii dictum est, patrem non esse. Id cum probaverit Titius, ab Officiali deinde mittetur ad Episcopum, ut dispensationem, quantum quidem indiguerit, consequatur.

III. Potest Episcopus eam dispensationem concedere, quia contrahentes tanquam pauperes spectandi sunt, qui libras tercentas, hoc est summam quoad eos gravem jam expenderunt. Præterea timendum est, ne Titius & Catharina graviter peccent, quippe cum in gravi nec semel nec leviter delinquendi periculo versentur, eorumque familiaritas suspicione non caret; præterquamquod non est adeo facilis separatio; ex quo inferri potest in his circumstantiis paupertatis, & periculi proximi incontinentia displicere esse recurrendum ad Summum Pontificem; ac proinde dispensandi jus ad Episcopum in hac facti specie devolutum esse, præsertim cum nullum re vera adit veri nominis impedimentum; Officialis declaratio id evincat, & Episcopi auctoritas, que intervenit, aut dispensatio, quam prout opus fuerit, concedet, efficit, ne amplius ejusmodi impedimentum quoad exteriorem speciem futuri matrimonii obitaculum sit.

IV. Quod attinet ad difficultatem initio statim propositam, nempe contrahentes neque in Dataria, neque in Penitentaria duplicis impedimenti inter eos existantis ullam mentionem fecisse; id vero nihil negotii facessere debet, quia Romana Curia stilus, & mos, qui in hac facti specie vim legis obtinet, de duobus impedimentis veris, quæque re ipsa, & non solum specie tenus ejusmodi fiat, explicari possunt.

V. Ad id quod spectat, an scilicet Catharinæ in supplicatione Pontifici exhibita vere dixerit alium virum sibi congruum in Parochia non adesse, responderetur, Titium, ut in expositione quidem dicitur, adeo Mævii familie, & quod inde consequitur, Catharinæ utilem esse, ut proinde illa, quæ mentiretur, ea verba proferre poterit: Virum sibi non consanguineum, vel affinem paris conditionis, cui nubere possit, non invenit; atque adeo censetur, in dubio, an Catharina in eum modum legitime loqui poterit, necne, in impetrata dispensatione favorem judicandum esse, quia (d) Juris mens in hujusmodi casibus ea potius est, ut Actus subsistant, quam ut destruantur; præsertim cum bona fide contrahentes egisse conperiantur.

VI. Nihil aliud superest, quam ut nonnulli expendantur ea duo, que expositionis articulo 4. proposita sunt; quorum primum est, in dispensationis negotio faciendam esse mentionem ejus, que jam impetrata est; alterum est omne exprimentum esse, quod favorem impetratæ difficultatem reddere possit; secus in utroque casu Rescriptum nullum fore. Ad ea duo principia firmanda complures Juris textus ad marginem afferuntur, ad quos facilis responso est.

VII. (e) Quod attinet ad primum, videtur illud quidem latius patere, quam par est; si enim posterior dispensatio cum prioris nihil conjunctionis habet, quamvis ad eandem materiam spectet; dubitatur, an priorem dispensationem exprimi necesse sit, nisi Jus quidem in eam rem sit expressum. Verum quidem est, cum agitur de Matrimonii dispensatione, Romanæ Curie stilus ac morem ejusmodi esse, ita ut stilus & mos hic Legem constituant; verum satis clare non occurrit, ut videtur, necessitas hæc in allatis Juris

(c) Bonacina de legibus disp. 1. quæst. 2.  
(d) Digest. libro 34. titul. 5. leg. Quoties de rebus dicitur.  
(e) Bonacina loco cit. part. 4. num. 3.  
D 2